Quelle: http://manuscripta.at/?ID=917
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

lilea xpus venit? Non-
ne scriptura dicit quia
de semine david et de beth
leem castello ubi erat da
vid venit xpus? Disse
sio itaque facta est in tur
ba propter eum. Quidam
autem ex ipsis volebant
apprehendere eum: sed nemo
super illum misit manus.
Venerunt ergo ministri
ad pontifices et phariseos:
et dixerunt eis illi. Quare
non adduxistis eum?
Responderunt ministri. Num
quam sic locutus est homo si
cut hic homo. Responderunt
ergo eis pharisei. Numquid
et vos seducti estis? Numquid
aliquis ex principibus cre
didit in eum aut ex phari
seis? Sed turba hec que
non novit legem. Ma
ledicti sunt. Dicit nycho
demus ad eos ille qui ve
nit ad eum nocte qui u
nus erat ex ipsis. Numquid
lex nostra iudicat hominem
nisi audierit ab ipso prius.
et cognoverit quid faciat.
Responderunt et dixerunt ei.
Numquid et tu galileus es?
Scrutare scripturas et
vide quia propheta a galile
a non surgit. Et reversi sunt
unusquisque in domum su
am. Feria vi. lectio Jeremie prophete
In diebus illis. Dixit iere
mias. Domine omnes qui te
derelinquunt confundentur. Re
cedentes a te in terra scribe
tur quoniam dereliquerunt venam
aquarum viventium dominum. Sa
na me domine et sanabor
salvum me fac et salvus
ero: quoniam laus mea tu es
Ecce ipsi dicunt ad me. Ubi
est verbum domini? veniat.
Et ego non sum turbatus
te pastorem sequens et
diem hominis non desideravi
tu scis. Quod egressum est
de labiis rectum in conspectu mei
tuo fuit. Non sis michi